Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



21

ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus que superfuerunt his qui manducauerant
Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum dicebant quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum Ps. Laudate dominum quia benignus est psallite nomini eius quoniam suauis est omnia quecumque voluit fecit in celo & in terra Sec. Sacrificiis propitiis quibus due intende placatus ut & deuotionem nostre proficiat & salutem Co. Ierusalem que edificatur ut ciuitas cuius participatio eius in idipsum illuc enim ascenderunt tribus tribus domini ad confitendum nomini tuo domine Cop. Oramus domine misericordiam tuam ut sancta tua quibus incessanter expleuimus sincerus tractemus obsequiis & fidei semper mente simamus. P. dominica in passione domini
Iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta ab homine iniquo & doloso eripe me quia tu es deus meus & fortitudo mea Ps. Emitte lucem tuam & veritatem tuam ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum
ad introitum missarum nunc obmittimus quia proximi ante pascha tribus diebus sequentes. Oro
Omnipotens deus familiam tuam propitius respice ut te largiente regatur in corpore & te seruante custodiatur in mente P.
Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum id est non